

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De distinctione symoniacorum, G

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

De symonia dicitur, & quid sit.

D

De symoniacis vero non est ambigendum, quin sint hæretici: qui tamen ante sententiam degradationis & ordinant, & consecrant. Et licet symoniaci propriè dicantur, qui instar Symonis magi imprecabilem gratiam pretio conducere volunt, *Act. 8. d* & qui pro ministerio sacro precium recipiunt in modum Giezi, Giezitz vocandi sunt. Omnes & dantes & accipientes, symoniaci dicuntur: & virtus eadē sententia percelluntur.

De his qui scienter à symoniacis ordinantur.

E

Differunt tamen inter eos, qui ordinantur à symoniacis scienter, & eos qui ignoranter. Qui enim *Papa, i. q. 1.* scienter à symoniacis se permiserint consecrari, *Si qui à symoniaco* imò execrari: eorum consecratio omnino irrita *moniacis* est. Qui vero ordinantur à symoniacis, quos cum ordinantur nesciunt esse symoniacos, qui & tunc pro Catholicis habentur: eorum ordinatio misericorditer sustinetur.

De his qui dicunt se emere corporalia, non spiritualia.

F

Si vero aliqui obiecerint, se non consecrationes *Pasch. i. q. 32.* emere, sed res ipsas quæ ex consecratione proue- *c si quis ob-* niunt: penitus desipere probantur. Nam quisquis *icerit.* horum alterum vendit, sine quo alterum non habetur, neutrum vendere derelinquit.

Distinctio symoniacorum.

G

Symoniacæ autem hæresis tripartita est distinctio. Alij enim symoniacè à symoniacis ordinantur: Alii symoniacè à non symoniacis. Alii non symoniacè à symoniacis. *Nicolaus II.* Vnde Nicol. Papa. Statutum *i. q. 1. ca. stat.* decretum de symoniaca tripartita hæreti, id tuimus de- est, de symoniacis symoniacè ordinatibus vel or- cretum. dinatis, & de symoniacis symoniacè à non symoniacis, & de symoniacis non symoniacè à symoniacis. Symoniaci symoniacè ordinati vel ordinatores, secundum canones, à proprio gradu de- tidant, Symoniaci etiam symoniacè à non symoniacis.

.Ggg 3 nia-

niaci ordinati, similiter ab officio remouantur
Symoniacos vero non symoniace à symoniaci
ordinatos, misericorditer per manus impositio-
nem pro temporis necessitate in officio permitti-
mus permanere. Quod intelligendum est de his
qui ordinantur à symoniaciis, ignorantes eos esse
symoniacos. Hos facit symoniacos non reatu
criminis, sed ordinatio symoniaci.

*Alexander Papa de his qui violenter à symoniaciis vel ab
hereticis ordinantur.*

Alexand. 2.
q. 1. cap.
Ergo symo-
niacos, 1. q.
1. Constat.

Similiter cum de cernit Alexander Papa, symo-
niacos omnino damnados ac deponendos: sub-
intelligendū est, nisi violenter quis attractus fue-
rit. De his enim & à quibuslibet hereticis violen-
ter ordinatis, dicit Innoc. quod possunt habere a-
liquem colorem exsulationis, si statim discedunt
ab eis, & pessimo eorum cōciliabulo renuntiant.

De estate ordinandorum ita decreuit Nicolaus Papa.

Gratianus.
ex Bonifacio
refert, dist.
78. in princ.

Sacri, inquit, canones sanxerunt, ut Subdiaconi
non ordinetur ante 14. annos, nec Diaconus
ante 25. nec Presbyter ante 30. Deinde si dignus
fuerit, ad Episcopatum eligi potest: quod nos et
iam pari modo seruare iubemus. Item Fabianus,
Si quis 30. ætatis non impleuerit annos, nullo mo-
do presbyter ordinetur, & si valde sit dignus: quia
& ipse Dominus 30. annorum baptizatus est, & sic
coepit docere.

*DE SACRAMENTO CONIVGII, CVIVS
institutio & causa ostenditur.*

D. I. S. T. I. N. C. T. XXVI. A

CVm alia sacramenta post peccatum, & propter
peccatum exordium sumpserint, matrimonii
sacramentum etiam ante peccatum legitur insti-
tutum à Domino: non tamen ad reū medium, sed
ad officium. Refert enim scriptura Gen. in Adam
missio sopore, atq; vna de cost. seius sumpta, & ex-
inde muliere formata, virum in spiritu intelligē-

Gen. 2. d.